

*Castor*

D N

# FRANC. MARCI

## DECISIONES AVREAE.

IN SACRO DELPHINATVS

SENATV IAMPRIDEM DISCVSSÆ,

AC PROMVLGATÆ,



*Nunc postremò post priores editiones sanè quàm inquinatas, & deprauatas castigata, & illustrata, summarijs multis qua desiderabantur locupletata, & nonnullis doctissimorum aliquot Jurisconsultorum lucubrationibus adauctæ, ut ad earum eximium splendorem nihil possit desiderari.*

Cum Indice rerum & verborum ex duobus coagmentato, & plurimis additis locupletato.

### PARS PRIMA.



L V G D V N I,

M D LXXV

CVM PRIVILEGIO REGIS.



SACRO DELPHINATVS  
SENATVI SOCIETAS  
BIBLIOPOLARVM  
Lugdunensium.

S. P. D.

**D**ECANTATA narratio est, Persarum olim reges à nemine adiri solitos, nisi qui munera secum attulisset, quorum alios unà cum alijs donis pro virili quemque parte apud tantos principes se sistere studuisse, est verisimile: stultum est enim arbitrari, eadem munera aequè à pauperissimis, atque à ditissimis fuisse exacta: quin potius nihil prohibet, quin credamus, magnanimos illos reges, qui non tam munera, quam animura suis momentis expendebant, saepenumero non minus ( fieri etiam potest, ut pluris quandoque fecerint ) pauperis colani vilia poma, aut legumina, ac amplissimi proceris vitiones siue ingentem auri copiam probarint. Hos igitur cum amplissimum concessum vestrum simus adituri, qui tot clarissimis viris, veluti tot regibus constat, indignum fere rati sumus, si muneribus vacui coràm vobis appareremus: his vero, quae vestra dignitati sint consentanea, et nostram tenuitatem non dedeçant, neque enim vos pro vestra integritate, et pro vestro munere, quod tam incorruptè, et apud omnes increbuit, administratis, argentum, aurum, vestemve pretiosam expetere arbitramur, ut quae longissimè à vestra excellentia superentur, neque nos, qui tot annos ad publicam omnium utilitatem in praestantissimis quibusque scriptoribus edendis toti sumus, alia dona quae offeramus, magis decere videntur, quam quae domi apud nos nascuntur: quae tamen sunt eiusmodi, ut nulla magis vestra amplitudini omnium concessa convenire possint. Ecquae tandem ea sunt munera? Doctissimus viris doctissimum, Iuriconsultissimis iuriconsultissimum, amplissimis Senatoribus senatorem amplissimum, adde senatoribus Gratianopolitanis eiusdem senatus Collegam, atque collegam talem, FRANCISCUM MARCUM, quorum quovis dono mittimus. Iacuerat is multos annos squalibus, horridus, situ obsitus, diu in tenebris delituerat. At iam pridem erat in lucem editus. Idne est in lucem exire inquinatissimum, longè à se diuersum, mutatumque, publico conspectu indignissimum apparere? eo modo edi, non edi est. Id sato nescio quo doctissimo huic viro contigerat, ex cuius scriptis, quae passim circumferebantur, barbarissimum potius aliquem, ac penitus infantem, quam talem, tantumque virum recognoscas licet. Hunc ergo auctorem nos ex medijs tenebris erutum, tamque indignis modis tractatum, recondendum, suo nativo splendore restituendum, et ad incudem quodam modo reformandum suscepimus: id an ex dignitate praestiterimus, aliorum sit iudicium. Studuimus quidem certè. Eum, qualiscumque tandem hoc nostro quasi partu natus sit, vobis adoptandum, inno ex seruitute, quam hucusque miserimam seruauit, vindicandum, tanquam ad ius vestrum pertinentem, postlaminio mittimus. Si diuino munere contingeret ( liceat nobis, rem, quae non est, tanquam sit facta, animo concipere ) et ex mortuis Franciscus Marcus existeret, istuc Gratianopolim veniret, atque adeo in vestrum Se-



# DECISIONES SENATVS

DELPHINALIS CLARISSIMI. L. V. D.

DN. FRANCISCI MARCI Senatoris & legum  
interpretis acutissimi nouè collectæ.



## ARGVMENTVM.

De sententia lata super appellacionis defectu.

### SVMMARIVM.

- 1 Sententia super appellacionis defectu lata quod iuxta appelli formam pronuntietur.
- 2 Appellari propter contumaciam non auditur.
- 3 Sententia defectu appellacionis, ex officio iudicis, a quo appellatum est, esse.
- 4 Iudex appellacionis in priuimus statum appellatorem, defectu appellacionis declarata restitui potest.
- 5 Quando appellatur ab interlocutoria, tunc pronuntiatio super defectu est interlocutoria.
- 6 Sententia lata super nullitate sententia confirmata licet defectu, que sit.
- 7 Sententia defectu habetur appellatio non citata intra tempora.

### Questio I.

**V**AE R I T V R, an sententia lata super defectu appellacionis vel contumacia dicatur diffinitiva seu habeat vim diffinitiuam, vel interlocutoriam, & an possit mutari vel reparari? Et in effectu Bal. in l. ij. C. de episc. aud. videtur tenere qd sit interlocutoria habens vim diffinitiuam, & quod ab illa possit appellari, licet in contrariam alleget

- 1 tenere Archi. in c. quorum ij. q. vj. qd non audiat appellari propter contumacia. Sed idem Bal. in a. h. si quis litigantium. C. de episc. audi. videtur quod sit interlocutoria, cum non mereatur executionem, nisi quo ad condemnationem expectatum: quia prius iudex exequitur. l. ens. in prin. C. de appell. ubi no. per gl. Bart. Bal. & in l. male pactum. q. qui pronocant. ff. de pact. & in l. furia. in prin. ff. de his qui nota. infam. Unde quando iudex appellacionis alias est ordinarius bene potest reuocare se in interlocutoria, alias locus: qd videtur se abdicare iurisdictionem, cap. si significatus de offic. & pot. iudi. delegat. secundum Bald. in l. si preses. C. quomodo & quando iud. sent. profet. deb. licet talis interlocutoria sit magis prejudicij, & ideo non possit fieri contra minorem indefensum: ut ibi habetur. Verum tamen secundum dom. de Rot. in nouis decid. lxxvj. & lxxxix. qd iudex appellacionis post pronuntiationem super defectu potest reponere appellatorem in priuimus statum constituto sibi de diligentia. Vide de hac materia per glo. & Bal. in l. contra. & in dicta l. eos. C. de appell. & in a. h. et qui appel. C. de temp. appe. & in laute. C. quotum. appell. & per do. Gui. Pap. decisio. xj. Et ibi tenet qd quando appellatur ab interlocutoria, tunc pronuntiatio super defectu appellacionis est interlocutoria, & debet appellari in scriptis. Si verò appellatur a diffinitiva, tunc talis pronuntiatio super defectu appellacionis dicitur diffinitiva seu habens vim diffinitiuam. Et idem videtur tenere decid. cccx. Et ibi quidam iudex pronuntiat processum nullum dicatur interlocutoria, licet in

contrariam videtur tenere luno. in cap. audito. de proca. & Bald. in dict. l. si preses. Et hoc quando pronuntiat principaliter: sed si incidenter. De hac materia habetur per dom. Guid. Pap. decisio. xvj. qd quando iudex appellacionis pronuntiat super nullitate p. tunc sententia defectu licet contestata: quia tunc est interlocutoria, & debet appellari in scriptis. Et istud facit pro causa appellacionis Ioannis Freguonis alias Pellati de Baralibus contra nobleu Humbertam Pellati, ubi iudex appellacionum restituit partes primo iudici in contumaciam dicit Freguonis appellacionis non producentis appellacionem, a qua sententia fuit appellatum, vna voce ad curiam parliamenti, & introducit appellatio, licet pars appellata non fuerit citata infra triginta dies. Et ideo curia pronuntiat appellacionem defectu, cum pars non fuerit citata infra triginta dies a tempore introductionis, licet ex post facto dicitur appellans fuerit restitutus in integrum per ipsam curiam. Et alias prout plenius apparet duobus processibus appellacionis inter dictas partes in manibus magistri Petri Loffredi secretarij Delphinalis. Et pro praesentia facit dict. Domin. Guido. Pap. decisio. xvi. ubi licet pars appellans non fuerit citata partem appellatam infra triginta dies a tempore introductionis, non propter hoc appellatio est defectu, sed poterit fieri executio sententia.

## ARGVMENTVM.

Crimen raptus sponsæ ad quem spectet.

### SVMMARIVM.

- 1 Crimen raptus sponsæ civile.
- 2 Raptus poena que sit, & etiam cognitis.
- 3 Sponsam raptori ambere posse iura canonica esse.
- 4 Cognitio ad iudicem laicum de raptu sponsæ ab hereticis.
- 5 Poena raptus cognitis vel iniuriæ inter incolas & habitatores presentis civitatis, ad iudicem secularem inuocatum spectat omnino.

### Questio II.

**Q**VAE R I T V R, an crimen raptus sponsæ dicatur civile, & an spectet cognitio ad iudicem ecclesiasticum vel secularem. Et in effectu videtur dicendum quando agitur inter laicos, quod tale crimen sit civile & cognitio spectet ad iudicem secularem. l. raptotes. C. de rap. v. g. l. raptotes. C. de episc. & cleric. & in a. h. de rapt. col. x. Et hoc ex genere poenæ: quia poena raptus est corporalis, & perditionis honorum ad h. l. raptotes. iuxta not. per gl. & doct. in a. h. cleric. C. de episc. & cleric. quia alias sequeretur absurdum, si ecclesia ratione peccati cognosceret inter laicos: quia possit in esse sequenti sibi viuspare etiam iurisdictionem temporalem, quod non est dicendum secundum Cyn. & Bald. in dict. archiep. cleric. [Et licet sponsa de iure canonico possit ambere raptori, quando p. tunc tractas, & discussus transit in consensum, cap. penult. & cap. si. de rap. c. i. m. Sec. de post. l. x. q. v. q. ij. & c. l. x. illa. & c. x. q. ij. tam in seculis de iur. eccl. l. dicit

D N,  
FRANC. MARCI  
DECISIONVM AVREA-  
RVM IN SACRO DELPHINATVS  
SENATV IAMPRIDEM DISCVSSARVM,  
AC PROMVLGATARVM,



*Quæ ex maiori parte aucta ac locupletata, Argumentisque & Epitomis  
illustrata, magno cum omnium Jurisconsultorum com-  
modo, nunc demum in lucem  
emittuntur.*

Cum Indice, cum verborum, tum rerum ditissimo.

PARS SECVNDA.



L V G D V N I,  
M. D. LXXV.  
CVM PRIVILEGIO REGIS.

